

A P H O R I S M I

dum ascendentia earum bicorporea sunt pessime quidem , dum
ascendentia significatoresq; in bicorporeis existunt, non tamen
fortuna libera, sicutq; dæmones, dum Venus, Mars & Mercurius
in hac forma assitantur.

130

Valde considerabis Venerem iunctam Marti, Mercuriumq;
radiantem siue disponentem in omnibus figuris ij tres mores in-
ducunt propriæ.

131

Natiuitas mala non erit si Iupiter in medio cœli erit.

132

Duo planetæ significatores in domibus siue exaltationis bo-
nâ natiuitatem affirmant esse, optimamq; tres, regiam uero, si
ij tres superiories sunt & in angulis.

133

Pars fortunæ & caput ij fortes claves sunt figuræ.

134

Fortificatur omnis significatio dum fortificati sunt significa-
tores uel anguli medij cœli & ascendentis à bebenijs primæ ma-
gnitudinis

135

Non terminatur in malum significatio stellarum fixarum
quando fortunæ & planetæ significantes bonum cum istis bebe-
nijs erunt.

136

Mutabit ædificatio ciuitatis per tempus promissum, si signifi-
cator temporis in domo siue in exaltatione sua erit liber ab ins-
fortunijs.

137

Mutantur regna p apparitionē cometarū in signis regijs, dū
mouetur motu sensibili, & de uno in alio signo & magis, quādo
quāmplures unā in uno erunt anno.

138

Acquirit regnum Mars per crudelitatem & rapinam . Iupi-
ter uero per iusticiam & bonitatē . Saturnus quippe per labore
& infamiam.

139

Inferiores nisi colligati sint superioribus, regnū nō dant.

140

Diuitias regias per Solem & Lunam, & non per aliū solū
significatorem cognoscimus, quia Sol dat aurum, Luna uero ar-
gentum, & alijs alia mineralia dono proprio.

141

Ingenium excessuum iudicabis in natuitate, dum dominus
nonæ & medij cœli idem erit, uel una se habuerint bene dispo-
sitos cum domino ascendentis fortes non currente Mercurio ad
combu